



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118650**

§. 31. Græcorum Schismaticorum ratio novum recipiendi Calendarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](#)

a nemine nisi a Protestantibus hodie- Sæcul. XVI.  
A.C. 1582  
dum usurpatur.

### §. XXXI.

#### *Græcorum Schismaticorum ratio no- vum recipiendi Calendarium.*

**P**oloniæ Rex cum Calendarium Gre- Possev. t. 2.  
gorianum ab omnibus suis subditis apparat.  
recipi vellet, Rutheni, seu Russi Græ- Spond. n. 18.  
corum schismate impliciti lèse huic præ- V. Strel.  
cepto subjicere renuebant, instigante apud Ciac.  
eos Jeremia Patriarcha Constantinopo-  
litano, qui, ut inquiebat ipse, nondum  
satis penetrabat rationes, quibus La-  
tini ad tanti momenti mutationem fu-  
sent inducti: postquam vero Papa eis-  
dem hasce rationes exponi curaverat,  
non modo hic idem Patriarcha fese sub-  
jecit, sed ipsus etiam ad summum Pon-  
tificem Deputatos alegabat, qui suo  
nomine promitterent, quod omnes hanc  
emendationem recipere, eamque ex-  
acte sequi vellent: vicissim vero Ponti-  
fex duos Nuntios ad Jeremiam decre-  
verat unacum literis, donisque, quæ  
eidem Patriarchæ Gallus, & Venetus  
Oratores coram Amurate Turcarum Im-  
peratore offerebant: quapropter Jere-  
mias ab illo temporis articulo se pluri-  
mum Ecclesiæ latinæ propensum exhi-  
bebat, literisque submissione plenis  
ad summum Pontificem datis eidem  
pretio-

Sæc. XVI.  
A.C. 1582.

pretiosas reliquias transmittebat, pollicitus, quod hoc Calendarium recipere, ac Ruthenos, ceterosque Græcos ad imitandum ipsius exemplum inducere velit: verum paulopost Jeremias Amuratis jussu in carcerem detrudebatur, falso accusatus a Macario Cæsariensi Episcopo, qui data Turcis pecunia in Jeremiæ locum intrusus est: porro hic ad Oratoris Gallici preces condonata mortis pœna nonnisi ad Rhodum Insulam relegatus fuit, ubi largis suppetiis in suo exilio a summo Pontifice adjutus Cardinalium Collegio fuisset adscriptus, si in libertatem afferi potuisset.

Pariter Bartholomæus Scultetus celebris Mathematicus hanc Calendarii emendationem in Lusatia acceptari curabat, hanc in rem affirmans, quod omnes, qui novæ huic computandi rationi sese opponerent, in plena luce meridiana cæcutire velint, nihilominus non deerant tam ex Catholicis, quam ex hæreticis nonnulli, qui contra hanc correctionem varia opponerent, atque illius errores detegere niterentur. Hos inter Meslinus Goppengensis Tubinganus Mathematics Professor contra Lili computationum duos conscripsit libros, quos tamen quantocius Clavius celebris Jesuita confutabat, edita Calendarii

darii Gregoriani apologia, quam Ru-  
dolpho Cæfari nuncupabat.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1581.

§. XXXII.

*Variæ Gregorii XIII. Constitu-  
tiones.*

Hoc item anno Gregorius XIII. sum-  
mus Pontifex Norbertum Magde-  
burgensem Archiepiscopum Ordinis  
Præmonstratensium Fundatorem San-  
ctorum fastis adscripserat. Hic anno  
Christi millesimo octogesimo natus in  
sua Diœcesi die sexta Junii Anno In-  
carnationis Dominicæ millesimo cen-  
tesimo trigesimo tertio obiit, ac pro-  
pterea festus illius dies itidem sexta Ju-  
nii celebratur. Idem quoque summus  
Pontifex diplomate die vigesima prima  
Januarii edito fideles hortabatur, ut  
pauperes Presbyteros Anglos in Rhe-  
mensi Collegio subsistentes, aliosque  
patria sua extorres, ac in variis Regnis  
dispersos eleemosynis sublevarent: eo-  
dem pariter anno die prima Februarii  
Papa per aliam Constitutionem Reli-  
giosis ex ordine sancti Antonii Vien-  
nensis permisit, ut ad sublevandam suo-  
rum Hospitalium paupertatem eleemo-  
synas colligere possent, quin propterea  
hæc concessio quicquam Tridentino, quod  
ejusmodi collectiones inhibuit, Con-  
cilio derogaret, cum illud duntaxat quæ-

*Hist. Eccles. Tom. L.*

E storum